8022 rep. ad S. Michaelis primo lapide [immo MD p. a porta hodierna] a Verona Vicetiam versus in oratorio antiquo ORTI. Deinde ibi apud Smaniam, nunc in museo civico.

*impp. caess c. ual. di*OC*le*
TIANVS · P · F · INVICT · AV*g*
ET · M · AVREL · VAL · MAXIMI
ANVS · P · F · INVICTVS · AVG
ET · FL · VAL · AVREL · COSTANTIVS
ET · GALER / / / / / / / / / /
/ VS NOBILISSIMI CAESS
M P III

Descripsi. Repperi etiam inter schedas Ortianas.

Mihi cum primum titulum vidi post M P III haec apparuerunt: A·V·III | I | XXXI. At recognoscenti titulum magis visum est haec vestigia esse tituli anterioris erasi finientis item in M·P·III.

Aurelii nomen Constantio alibi tribui non memini. Cf. n. 8042.

8023 columna litteris bonis et certis. A Peschiera (XVII—XVIII m. p. a Verona) pass. mille Decentianum versus rep., deinde Veronae in museo philharmonico MAFFEI.

IMP · CAES
G · MESSIVS · Q
TRAIAN · DECCIVS
P · F · AVG · P · M · TRIB · POT
II · COS · II · P · P
XVIIII

Contuli. Habent Maffei Ver. p. 204 inscr. n. 50, M. V. 102, 3 (inde Mur. 460, 4; Donat. 219, 4; Orelli 991); Orti *Sirmione* p. 86.

8024 columna miliaria. Sirmione [Sermiae ANTIQUI more suo, Semiae APIANUS, Seniae in Longobardia SMET. 156, 13. GRUT. 285, 3] in ecclesia FELIC. et RELIQUI; *serve di sostenimento dell' atrio della chiesa di S. Salvatore* GNOCCHI; *nel sottoportico della casa parochiale* ORTI. Ibidem adhuc. — 'Museo Veronensi propediem accedet' MAFFEI; sed non accessit.

IMP · CAESS
D N · FL · CL · IVLIANO
P · F · VICTORI · AC · TRIVMF
SEMP · AVG · PM IMP — a. 361/2
VII CONSS III BONO · R · P
NATO PATRI PATRI IE — *sic*
PROCONSS

Contuli. Felicianus in iubilatione a. 1464 cod. Tarvis. f. 211 et in corpore Veronensium n. 186; Marcanova Mut. f. 132 agri Ver. n. 96; Ferrarinus cod. Paris. f. 32, cod. Reg. Ver. n. 193 (Traiectinus non habet); Apianus 164, 1 (inde Smet. 156, 13; Grut. 285, 3); Bononius cod. Cicognae 1874 f. 40; Sarayna Lat. f. 51=Ital. f. 70' (inde Smet. 156, 16; Grut. 285, 1); Panvinius Ver. p. 226 (inde Grut. 285, 2 a Sculteto, qui male confudit cum alia n. 3332), cod. Vat. 6035 f. 39', fast. ad a. 1113; Maffei Ver. p. 205 inscr. n. 56, M. V. 105, 5 (inde Donat. 222, 1; Orelli 1111); Gnocchi ms. p. 101; Persico 2, 293; Orti *due antichi tempj* p. 58 et *Sirmione* (1856) p. 76 tab. 4 n. 5; Odorici *stor. Bresc.* 1, 314, citans inter alia schedas Brunati.

Palazzoli similem lapidem descriptum esse a. 1779 a patre Thoma Brescianini Labus ait in schedis Athenaei (inde Odorici *stor.* 1 a. 1853 p. 314; ex hoc Orti *Sirmione* p. 82). Traditur sic: IMP·CAESARI·D·N·FL | CLAVDIO·IVLIANO | VICTORI·AC·TRIVMPHATORI | SEMPER·AVG·PONT·MAXIMO | IMP·SEPTIES·CONSVLI | III·BONO·REI·PVBLICAE·NATO | PATRI·PATRIAE·PROCOS. Equidem incerto auctori fidem non habeo.

8025 Sirmione in hortis Gambarum, nunc Casellarum PERSICO. In porticu ad curiam ORTI, EGO.

Γ · N · IMP · CAES
FL · CONSTANTINO
MAXIMO
P F VIC *to* RI AVG

Contuli. Persico 2, 293; Odorici *storie Bresc.* 1 (1853), 303; Orti *Sirmione* (1856) p. 72 et tab. 4, 4.

4 litterae quas posui etsi dimidiatae tamen satis certae sunt; spatium inter VIC et RI cum tres litteras requirere videatur, propter vitium lapidis non videtur totum scriptum fuisse.

Exple ad n. 8011.

8026 columna miliaria rep. loco antiquo ad viam Romanam in ipsa ripa lacus prope Rivoltellam Sirmionem versus ad ecclesiam *della Madonna della Villa*; nunc Desenzani in hortis Rambottii. Rivoltella distat a Brixia m. p. XX, a Verona m. p. XXII; hanc caput viae fuisse, non illam colligitur ex titulis qui sequuntur.

DD NN
MAGNO MAX*IMO ET FL*
VICTORI INVIC*TIS*
ET PERPETVIS *AVGG*
B R P N
M XX

Contuli missam ab amicis Brixianis.

Litterae quae dantur inclinatae in litura repositae sunt videturque fuisse olim v. 2 / / / C / O.

8027 Rivoltellae in ecclesia campestri S. Mariae GRATT. ROSSI; deficit loci indicatio apud ARRAGONENSEM. Veronae in museo MAFFEI et POSTERIORES.

D N FLAVIO · CONSTANTINO
MAXIMO PIO FELICI
sic INVIO AVGVSTO
M P XXIII

Contuli. Habent Arragonensis ed. n. 121 et Rossi p. 274 (inde Mur. 463, 5); Grattarolo p. 117; Maffei Ver. p. 205 inscr. n. 54, M. V. 105, 1; Gnocchi ms. p. 99; Brunati *santi Bresc.* 1, 143. Eandem esse columnam ab Arragonensi delineatam et quae hodie extat in museo Veronensi constat, cum lectio plane concordet, vel in ipso errore INVIO pro INVIC fideliter relato apud Arragonensem.

8028 Maguzzani GRUT. Maguzzani *serve di riparo all' angolo sinistro della chiesa del Monistero de' monaci Benedettini* GNOCCHI, similiter BAGATTI. Nunc Brixiae in museo.

IMP *Cae*S
G · MESSIVS Q
TRAIAN DECCIVS
p F · AVG · P M *t*RIB POT
II · COS II P P
XXIII

Contuli. Habent Grut. 1021, 6 ab Antonio Beffa Nigrino; Gnocchi ms. p. 95; Labus *sopra una colonna letterata di Maguzzano, lettera all' ab. Bagatta* Brixiae 1812 (pp. 15. 8) p. 5; Brunati *vita di Santi Bresciani* (ed. 1854) 1, 142; Orti *Sirmione* p. 85 ex Labusio; Ioli cat. mus. f. 77.

Cum plane conveniant vestigia exemplaris huius exesi cum altero n. 8023 optime servato, variam lectionem antiquiorum non affero, quamquam possunt quaedam vidisse hodie evanida. Numerum Gruterus non habet, sed cum locus conveniat, eadem sit necesse est.